

Compendium de vita antichristi.

Circa statum et persecutionem antichristi notandi sunt quinque. Primo ortus antichristi. Secundo progressus. Tercio cultus. Quarto conflictus. Quinto obitus.

Circa ortum antichristi nota quattuor. Prio de qua progenie nascetur quia de tribu dan ut Genesim ultimo. Fiat dan sicut coluber in via. et ideo in Apocalipsi. dan non scribitur in catalogo sanctorum in detestationem antichristi. Secundo nota quomodo nascetur quia de fornicatrice non de regine. ut. ij. ad thessalonicenses. ij. Nisi dissensio primus venerit et reuelatus fuerit homo peccati id est in peccato coceptus. Tercio nota quomodo concipietur in utero quia operatione diabólica sicut dicit Augustinus. spiritus malignus descendit in uterum matris et ex semine divina confortabitur et implebitur antichristus. ij. ad thessalonicenses. ij. cuius aduentus erit secundum operationem sathane. Gloriosa. non tamen sine consensu liberi arbitrii. quia incipiet esse malus ex utero matris inquit illud Esaiæ. xlvij. transgressorem ex utero vocavi te. Quarto nota ubi nascetur quia in babilone. Apocalipsi. xvij. ca. Babilon magna mater fornicationum. et sequitur de antichristo. Vidi mulierem ebriam de sanguine martyrum et sanctorum christi iesu. Quinto circa processum antichristi nota quattuor. Primo ubi nutrietur quia in illis duabus civitatibus corozam et bethsai da. Unde illud super isto verbo euangelij. ve tibi bethsai da ve tibi corozam dicit Augustinus. Ite impii et improperat eis dominus dicens. quia in eis couersatur est filius perditionis. Secundo. Nota a quo nutrietur quia a spiritibus malignis qui propter in cantationes suas continentur ei famulabuntur et assistent comites in diuini. Apocalipsi. xvij. Vidi de ore bestie id est antichristi propter incantationes quas de ore emittit exisse tres spiritus imundos. Tercio. Nota a quo recipietur. Primo quia a iudeis ut dicebat eis dominus. Iohannes. quinto in fine. Ego veni in nomine patris mei et non recepistis me. cum autem alius venerit in nomine suo illum recipietis. Quarto. Nota in qua etate incipietur hec omnia ut ecclesiasticus. iij. Choro pueros viuentes qui ambulat sub sole cum adoleverit secundo id est antichristo. nam primus adoleverit salutis fuit christus. Circa cultum eius nota quattuor per que attrahet ad se diversos cultus. Primo enim ut attrahat ad se iudeos dicit se

messiam pmissum in lege vix deum et verum hominem et reedifi-
cabit templum salomonis. ij. thessal. ij. qui aduersat et extollit sup
omne qd dixit de fide scz ab ydolis. aut qd colit scz in veritate a
fidelib. Secundo vt attrahat ad se gentiles ydolatrias faciet simu-
lachz et statuam p incantationem et in eam mittet spum malignu
ad dandum respōsa et vocabit eum deum maon. Daniel. xi. Deum
patz suoz nō reputabit deum. deum autē maon in loco suo vene-
rabit. Nāc statuam faciet adorari. Apoca. xi. Faciet vt quicūqz
nō adorauerit imaginem bestie occidat. Tercio vt attrahat ad se
christianos dicet se christū venisse ad iudiciū sic pmissum in euā-
galio et ostēdet se mortuū et tertia die resurget iuxta illud. vnum
de capitib. eius qsi oculum in morte et plaga mortis ei curata ē
et admirata ē vniuersa terra. Quarto vt attrahat ad se oēm ho-
minem magnū et parū ponet caracterem in fronte et manu dex-
tera vniuscuiusqz vt distinguatur ab alienis et nemo poterit eme-
re vel vterē nisi habuerit signū suū. Apocalips. xij. Faciet om-
nes pusillos et magnos habere caracterem in manu dextera vt nō
possit emere vel vterē rē. Circa cōflictum antichristi nota q
pugnabit cōtra duo genera hoim scz nobiliū et ignobiliū seu ma-
ior et minor. Maiores autē distinguet scdm tres grad. sczleri-
cos. milites. et mercatores. Cericos et litteratos expugnabit et
attrahet p rōnes naturales. erit em valde instruct' in scripturis
philosophoz. Daniel. vi. Solurget rex impudēs facie et itelliget
propositiōes scz naturales et supra quā credi posset vniuersa va-
stabat milites expugnabit p distributionē terraz et dignitatum.
Daniel. xi. Multiplicabit gloriā et dabit eis prātem in multis
et terram diuidet gratuito. mercatores expugnabit p argētum et
aur. Daniel. viij. In copia rerum occidet plurimos et eiusdē vi-
decimo. dominabit thezauris argēti et auri rē. Demones em re-
uelabūt ei omnes thezauros occultos sub terra et sepulchris anti-
quis quos antiqui abscondēbāt quādo moriebātur sperātes se re-
dituros post lōgum temp' ad eosdem quos posuerūt quidā erro-
nei philolophi. et iteo dicit Job. xxi. Ad sepulchz ducet scz anti-
christ' et in cōgerie mortuoz emigilabit. Et eiusdē xli. Sternet
sibi aux quasi lutum. Populum minore distinguet triplicē scz
in simplices quos attrahet p falsos pphetas in tumidos quos at-
trahet p tyrānos et pfectos et penitētes quos attrahet per falsa
miracula nam sic dicit in Apoca. Faciet signa ita vt ignem fa-

erit descendere quoad falsam apparenciam. et ideo dicitur Mathei
xxiiij. Surgent pseudo christi et pseudo prophete ad decipiendum
simplices et trahent eos in tribulationem magnam et occident ad
cogendum pauidos et dabunt signa magna ut in errorem deducan-
tur si fieri potest etiam electi ad commouendum penitentes et per-
fectos. ¶ Circa obitum antichristi nota quattuor. Primo tem-
pus. quia postquam predicauit tribus annis cum dimidio. Danielis
ix. Dixit daniel angelo. Usquequo finis horum mirabilium. Re-
spondit angelus. quia per tempus et tempora et dimidium tem-
poris scilicet per tres annos et dimidium. Hebreus enim tempo-
ris nomine accipit unum annum et per tempora accipit duos an-
nos et per dimidium temporis accipit dimidium annum. Se-
cundo notanda est persona interficiens que erit ipse christus. ij.
ad thessalo. ij. quem dominus iesus interficiet spiritu oris sui. vl
michael interficiet ministerio christi. Tercio notandus locus in
quo interficietur. quia in loco unde ascendit christus in celum scz
in monte oliueti. Danielis xi. Veniet in multitudie magna sup-
ple exercitus ut conterat plurimos et figet tabernaculum suum su-
pra montem inclitum id est supra montem oliueti et veniet ad
summitatem eius scz montis oliueti et nemo ei auxiliabitur quando
scz occidetur a christo. Quarto Notandus est modus quo occi-
detur qui erit triplex. Decidetur enim subito. Iob. Subito mo-
rietur. Interficietur absque manu hominis. Danielis. viij. Sine
manu coteretur. Item interficietur publice. Iob. Uicentibus
cunctis precipitabitur. ¶ De die autem illa scz iudicii vel aduen-
tus antichristi nemo scit iuxta illud Marci. xij. De die autem
illa etc. et Mathei. xviij. Aduentum autem antichristi prece-
dent quattuor. Primo romani imperij dissensio et diuisio in decem
regna. ij. ad thessalonicenses. ij. Nisi venerit dissensio etc. Secun-
do inobediencia ecclesiarum ab ecclesia romana. Tercio generalis
cōcitatio prelior. Mathei. xxij. Surget gens contra gentem et
regnum aduersus regnum etc. Quarto. Enoch et Helie predicatio.
Apocalipsis. xi. dabo duobus testibus meis et prophetabit mille du-
centis septaginta diebus etc.

¶ Explicit de vita antichristi. Impressū Anno
M. cccc. xci. ultima Januarij.



